



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Iudicium eius de custodiâ oculorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

retur , ne discederet à communi vſu. Etiamſi
verò ſtomaſhus ei naturaliter à quibusdam
(vt à caſeo, quo non veſcebat) abhorreter,
eo tamen ita abſtinebat , vt nihil ſibi apponi
eius loco ſuſtineret.

*Iudicium
eius de cu-
ſtodiā ocu-
lorum.*

*Virorum
iuxta ac
mulierum
aſpectu ſe
abſtinet.*

Iam oculos (quod alterum caput erat) ita
in officio tenebat , ac tale cum ijs pepigerat
fœdus, vt numquam terrâ eos attolleret, niſi
ratione aut neceſſitate cogeretur. Eā re num-
quam (niſi principio, ad internoscendum) eos
aspiciebat quibuscum loquebatur : ad Ma-
gistro verò cubiculum quoties itabat , quōd
iam noſſet quem conuenturus erat, num-
quam , niſi deiectis in terram oculis, accede-
bat. A naturâ comparatum eſt, ſubitis nouiſ-
que in caſibus eō oculos conueriti, vnde ſtre-
pitus exaudititur : at Ioannes ne tum quidem
commouebat ſeſe. Affirmant complures iu-
uenum extenorū, qui ſcholas cum eo fre-
quentarunt , deditâ operâ ſæpiùs diuersâ ſe
Gymnasi partē ſonitum eſſe machinatos, vt
eam in partem oculos eius aduocarent , ſed
numquam eueniffe. Scripto expreſſerat, aſpe-
ctum mulierum instar basilisci uitandum.
Nec earum modò, ſed & virorum intuitu do-
mi foriſque interdixerat ſibi: tamque depref-
ſos continenter gerebat oculos , vt ne, ſiqui-
dem qui quotidie familiariter eo vtebantur,
cuius demum coloris eius oculi eſſent (quōd
num-